

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

SENTENTIAE IESV SYRACIDAE, BREVI ET VTILI EXPLICATIONE ILLVSTRATAE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

SENTENTIAE
IESV SYRACIDAE, BREVI
ET UTILI EXPLICATIONE
ILLUSTRATAE.



Norma vitæ, & regula confiliorum actionumq; nostrarum omnium, diuinitus nobis proposita, est Sapientia & voluntas Dei æterna & immota, cui tanquam archetypo, nostras mentes, confilia, studia, voluntates, & mores, Deus congruere vult & conformes esse. Ideo & radios Sapientiæ illius æternæ seu LEGIS suæ, præcipientis recta, & vetantis contra-
ria, in mentes humanas sparsit in prima creatione, & postea in verbo à se patefacto repetiuit, & addita euangelij promissione illustrauit: vt scirent homines, Quis & Qualis sit Deus, & quales nos esse oporteat, ac vt huius Sapientiæ diuinæ radijs, ceu normis, omnia confilia & actiones nostras, erga Deum & homines, in vita Politica & priuata regeremus. Has VI-
TÆ REGVLAS & mentis diuinæ radios, sapientissimas videlicet ac dulcissi-
mas Sententias de omnium virtutum officijs, in omnibus vitæ generibus, rectè & laudabiliter obeundis, velut eruditissimam enarrationem totius LE-
GIS Dei seu Decalogi, ac verè *πανάρετον*, IESVS SYRACIDES in Ebræa lin-
gua primùm collegit. Quas deinde in Græcam linguam, alius IESVS SY-
RACIDES, authoris libri, ex filio Syracho, nepos, αὐτοὶ ὁμώνυμοι, conuer-
tit: cùm tempore Ptolemæi Euergetis, filij Philadelphi, annis post Monar-
chiam Alexandri 100. annis ante natalem Christi circiter 230. in Aegyptum
venisset, ætatis suæ, vt ipse in præfatione videtur significare, anno 38. Neq;
enim hic numerus ad Ptolemæi Euergetis annos referri potest, cùm non to-
tos 26. annos in regno consumserit,

Et si autem *γνώμαι* & *παράνοιαι* continententes præcepta honestatis vitæ & morum laudabilium, ab ethnicis etiam scriptoribus, vt à Phocylide, Theognide, Isocrate, Cicerone in officijs, editæ sunt: tamen magnum discrimen est inter *γνώμολογίας* Ethnicas, quæ præcepta de externis moribus ad secundam Decalogi Tabulam pertinentia fere recitant, & de prima tabula horrendos errores monstrosæ multitudinis Deorum, & cultuum Idolorum approbant, & de euangelio plane nihil sciunt: Et inter sententias Syracidæ in ecclesia Dei traditas, quæ de vera agnitione & inuocatione veri DEI, in populo Israel certo verbo patefacti, de Fide & spe, ac cæteris primæ tabulæ virtutibus, de remissione peccatorum, de præsentia & auxilio Dei in cruce, & ærumnis & vita æterna sæpe concionantur, vt cap. 1. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedictionem (Abrahæ promissam, videlicet remissionem peccatorum & salutem æternam) obtinebit. Cùmque in ecclesia Dei scriptæ sint, simul complectenda est propria ecclesiæ doctrina euangelij de promisso Messia, cuius agnitionem & fidem toti obedientiæ nostræ & omnibus virtutibus, vt Deo placeant & acceptæ sint, præluere oportet. Et omnibus præceptis ac operibus hic finis præfigendus est, vt propter Deum honore & gloria afficiendum præstentur. Cùm igitur in officijs Ciceronis, in Isocrate, vel Po-
etis

ἑαῖς γαμολόγοις legitimus doctrinam virtutum, & sententias honestas cum Decalogo congruentes: sciamus eas particulam esse Sapientiae legis DEI, aliquo modo notam ethnicis, praesertim quod ad praecipua secundae tabulae attinet. Sed longè aliud doctrinae genus ecclesiae proprium, & planè ignotum ethnicis, esse euangelion de Filio Dei Domino nostro Iesu Christo, & primam tabulam Decalogi, sicut in euangelio declaratur, quam horrendis erroribus ethnici corrumpunt. Hæc distinctio legis & euangelij, lumen est totius doctrinae Christianae, inprimis ecclesiae necessarium.

Eruditissima autem Epitome & summa doctrinae omnium virtutum est DECALOGVS. Quare vt praecipua virtutum, seu γνώμαι, & Regulae vitae, à Iesu Syracida coaceruatae, & sine dialectica methodo, variè & multipliciter expositae, dexterius intelligi, & ad vsum accommodari, & ad certas metas reuocatae, facilius σωματοποιείσθαι possint: in singulorum capitum sententijs, confiderent studiosi, ad quae praecipua Decalogi, & ad quas virtutes congruant. & Virtutum Definitiones Gnomis adiungant, quibus tanquam normis Legum, omnia vitae consilia & actiones gubernent.

Sit etiam nota studiosis vsitata definitio, & distributio Gnomarum in quatuor praecipua vitae genera, Quae & ipsa ad Decalogum congruunt. GΝΟΜΑΕ sunt breues sententiae, quae vel praecipua de virtutibus, & de rebus bonis eligendis, & malis fugiendis continent, addita plerumque mentione praemiorum & poenarum: vel descriptionem euentuum in vita complectuntur, qui ipsi tamen recte monent, recte faciendo poenas vitandas esse: vt πρώτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σοῖο γονήσας.

Principio venerare Deum, cole deinde parentes.

Μέτρα Φυλάσσειδης, κακίαι δὲ μὴ προσομίλῃ.

Sit modus in rebus, prauis te adiungere noli.

Viue tibi & longè nomina magna fuge.

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.

Εὐρεθεὶς τ' ἄλιτρον: ἔχθ' ἑὸς ἐνδικὸν ὄμμα.

Inuenit iniustum, & cernit Deus omnia vindex.

Secunda res etiam sapientum animos fatigant.

Vt autem vitae gradus seu ordines praecipui sunt quatuor, Ecclesiasticus seu Theologicus, Politicus, Oeconomicus, & priuatus: ita GΝΟΜΑΕ etiam in quatuor genera distribuuntur, vt aliae sint THEOLOGICAE, quae de DEO, de Prouidentia, de vera Dei agnitione & inuocatione, de vero timore Dei, Fide, Spe, Patientia & caeteris primae Tabulae virtutibus concionantur, vt:

Ἐἰς θεὸς ἐστὶ μόνος, καὶ σὺν ἐστὶν θεὸς ἄλλος.

Vnicus & solus Deus est: & non Deus alter.

Ἐἰς θεὸς ἐστὶ σοφὸς, δυνατὸς ἅμα καὶ πολὺς λόγος.

Vnicus omnipotens, sapiens, Deus estq; beatus.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος πάντων θεὸν.

Exordium rerum fac & finem Deum. seu,

Sit ultimum primumq; in omnibus Deus.

Tales Gnomae in 1. 2. 35. cap. Syracidae collectae sunt. Confide Deo & eripiet te. Timor Dei est vera sapientia, &c.

Aliae sunt POLITICAE, quae magistratum & subditorum ac Iudicum officia, & insectationem iniustitiae, crudelitatis, oppressionis imbecilliorum,

rum, auaritiæ, & petulantia tyrannorum continent, & ad quartum ac quintum præceptum Decalogi pertinent, vt: Bonus Princeps nihil à bono Patre differt.

Ἀμφοτέρων βασιλεὺς τ' ἀγαθὸς, κρατερός, τ' αἰχμητής.
Rex bonus & pariter sit magnanimus bellator.

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκέρτῃς.

Verba vtriusq; prius, Iudex quam iudicet, audit.

Syrac. 10. Gubernatio Rerumpublicarum est in manu Dei. Ille nunquam dat bonos Magistratus. Cum potentes sapiunt, vrbes florent.

Aliā OECONOMICÆ, quæ officia maritorum & coniugum, parentum & liberorum, Dominorum & seruorum, & præcepta de re familiari honestè augenda & conseruanda tradunt, & ad quartum & sextum ac septimum præceptum referri possunt, vt:

Οὐ γὰρ ἔγε κρείσσον καὶ ἀρξέον,
ἢ ὅτ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχῃσαν
αἰὲρ ἡδὲ γυνή.

Est nihil in toto melius vel dulcius orbe;

Vnanimie quàm cum studijs concordibus, vna

Fœmina virg, domo viuunt.


Εἰς ἐστὶ δὲ λ. οὐκίας ὁ δεσπότης.

In quag, seruus, vnus est herus, domo.

Tales Oeconomicae sententiæ cap. 7. 26. 25. 9. 30. 37. Syracidæ coaceruantur.

Aliā ETHICÆ, continentes præcepta virtutum secunda tabulæ, quæ omnibus hominibus, siue in publicis degant functionibus, siue priuam vitam agant, pariter necessariae sunt, vt castitatis, temperantia, veritatis, mafuetudinis. In has quatuor classes, pleraq; etiam Syracidæ Sententiæ, non incommodè distribui possunt. Sed nos ad præcepta Decalogi conuenientia singulorum capitum Sententias referemus.

Caput primum.

 Rditur à doctrina primi præcepti in Decalogo, de vera Sapiencia, i. vera agnitione & timore seu cultu veri Dei, iuxta verbum diuinitus traditum. Regina enim & mater omnium cæterarum virtutum est Sapiencia & PIETAS vera, seu RELIGIO, quæ vnicum verum Deum, immensa sapientia & potentia, conditorem cæli & terre, patefactum certo verbo ecclesie tradito, iuxta illud verbum rectè agnoscit, timet, diligit, & omnem iusticia ac salutis fiduciam in misericordia illius propter Christum promissa collocans, voluntate ac verbo Dei omnia vita consilia & actiones regit, & omnia delicta vitat, propter hunc finem principalem, vt Deus honore & gloria afficiatur. Hunc totum cultum Dei, quem veram pietatem seu religionem seu probitatem, seu virtutem, seu iusticiam vniuersalem alias nominamus; Syracides vocat TIMOREM DEI, & Sapienciam veram (cùm inquit: Timor Domini est vera sapientia. Item: Timere Deum ex animo est sapientia.) Et hac appellatione, omnes primæ Tabulæ virtutes, veram agnitionem Dei ex verbo reuelato, Filialem metum iræ & iudicij diuini, Fidem, dilectionem, spem, inuocationem & totam obedientiam erga Deum complectitur. Et
ex loco